



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Vita Et Moribus Ioannis De Almeida Societatis Iesu Presbyteri

Macedo, António de

Romae, 1671

Praefatio Ad Lectorem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44105

PRAEFATIO

AD LECTOREM.



ITAM Ioannis de Almei-
da Societatis IESV pres-
byteri, Simon Vasconcel-
lus eiusdem Societatis Sa-
cerdos vernacula, idest,
Lusitanica lingua, scripserat; quæ cum
pro magnitudine imperij, & armorum
gloria angustiùs habitet, & minùs sit
exteris gentibus perspecta, eam latinè
(qui sermo communis est) reddere statui.
Et verò decebat, ut quæ gesta per se ma-
gna, & clara erant, ab angustijs linguae,
& à tenebris barbaræ regionis liberata
palam fierent: & in locis conspicuis la-
tini opera calami emerent. Atque is
mibi scriptionis finis propositus est, ut
quæ homo priuatus, & in remotissimo lo-
co gessit, his publici iuris factis omnes qua-
rumlibet regionum ad exemplum facillè
uti possint. Ac nostri homines inprimis,
quorum officij fore duco ad eam se con-
ferre effigiem, quam suis, ac veris colo-
ribus represento: domesticis enim magis,
quàm

quàm externis exemplis afficimur, & ad
comparandas virtutes, quibus maiores
nostri floruerunt, iustius, & vehementius
incitamus. Et quia non minus ille vir-
tutibus, quàm prodigijs, mirabilis fuit, ea
vbi se in Historia decursu obiecerint, ob-
lata vendicabo, & suis intertextis, ha-
bita maximè temporum, & locorum, in
quibus vixit diutius, ratione. Cate-
rùm, & si interpretis. in hoc opere offi-
cio fungor, interdum Scriptoris, partes a-
go: vbi verto, fidelis: vbi narro, sincerus
esse studeo: nec quicquam vel admitto,
vel profero quod non sit idoneis testimo-
nijs nixum: & quod caput est, Proepisco-
pi Brasiliae auctoritate firmatum: quare
nihil est quod moretur fidem legentium



PRO-